



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Aurea Rosa id e[st] pre||clarissima expositio sup[er]  
eua[n]gelia to||tius anni**

**Mazzolini, Silvestro**

**Hagenaw, M.dxvi.**

**VD16 M 1751**

Feria tertia post d[omi]nica[m] ij. quadrage. Text[us] eua[n]. Mat. ca. xxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70365)

## Dnicā. II. quadra.

bat hoies in morte omiffis oib; debere  
folū d̄ sua aia curare. Et scđo/a ascendit  
cruce tanq̄ speculā. i. turrim custodie:  
q̄ clamat nob̄ viatorib; vt caueam; ab  
hostib;. Et ibi clamauit clamore vall/  
do. i. oris r lachrymaz; vt patz Heb. y.  
Et clamore sanguis melius clamāz q̄  
Abel. Et iudē. xij. qz. i. clamabat miseri  
cordiā vt ille vindictā. Et clamore etiā  
cordis qđ agro latere patefē. Et tercio  
tāq̄ spectaculū. vt nos tāq̄ aues euola  
tes ad se reuocet/ oñsa carne cruēta. Et  
q̄ro tāq̄ parillū in q̄ antiq̄ more oia p  
dita bona inuēta eē mōstrauit. i. grāz di  
z facultatē retrahendi ad regnū celeste.  
Olim em̄ p̄sueuerāt inuenta suspēdi in  
parillo vt ea viderēt q̄ ea p̄didissent.

Feria tertia post dnicā. ij. qua  
drage. Text' euā. Mat. ca. xxiij.

**L**ocutus est Iesus ad tur  
bas et ad discipulos su  
os dicens. Sup̄ cathe  
drā moysi sederunt scri  
be et pharisēi: oia ergo quecūq;  
dixerint vobis: seruare et facite.  
Scđm̄ vō opa eoz nolite face  
re. Dicunt em̄ et nō faciūt. Alli  
gant aut̄ onera grauiā et impo  
rabilla et imponūt in humeros  
hoim̄: digito aut̄ suo nolunt ea  
mouere. Omnia em̄ opa sua fa  
ciunt vt videant ab hoib;. Dila  
tāt em̄ phylacteria sua: et magni  
ficant fimbrias. Amāt aut̄ pri  
mos recubit; i cenis: et primas  
cathedras in synagogis et salu  
tati oēs in foro: et vocari ab hoib;  
bus rabbi. Vos autē nolite vo  
cari rabbi. Vnus est em̄ magi  
ster vester. Omnes aut̄ vos frēs  
estis. Et patrem nolite vocare  
vobis sup̄ terras. Vnus est em̄  
pater vester qui i celis est. Nec  
vocemini magistri: quia magi

ster vester vnus est christus. Qui  
maior est vestrum erit minister  
vester. Qui autē se exaltauerit  
humiliabitur: et qui se humilia  
uerit exaltabitur.

**L**ocutus ē iesus ad  
turbas et ad discipulos suos  
rē. Mat. xxiij. In p̄nci euā/  
gelio christus vult plar; dare  
tres regulas. Prima est q̄ subditos p̄/  
bis et exēplis istruant. Scđa q̄ subijōis  
fortia: et subditis leuioza imponāt. Ter  
tia q̄ d̄ potestate sibi collata nō gl̄ient  
vel sup̄biant. Contra p̄mā faciūt plar;  
verbosi: et scđam sup̄stitiosi: et p̄ra ter  
tiam ambitiosi. Igit̄ in eodem p̄sentē  
euangelio tangunt̄ trita punera: q̄ sunt/  
Admonitio/ Rep̄hensio/ et Erhoratio.  
Quantū ad p̄mū rangit̄ admonitio:  
q̄ ch̄is admonet discipulos et oēs fidē/  
les: vt quādo p̄dicator bñ dic̄ et male fa  
cit: doctrine et nō operib; attendamus.

Pro q̄ scđndū est q̄ quādo saluator  
ista dixit: scribe et pharisēi magnas p̄se  
cutiōes ostenderant ĩ eum: detrahētes  
doctrine et miraculis et vite eius. Et sic  
dic̄ Ebr̄yē. peccabāt ex malicia et erant  
incorrigibiles. Christus ĩ dicebat pu  
blice eoz iniquitates: quia auerrebant  
populū a fide. Dicit̄ ergo Locutus est  
Iesus ad turbas et ad discipulos suos di  
cens. Sup̄ cathedrā Moysi. Ista ca  
thedra dupl̄r accepit. Moyses em̄ fuit  
doctor ppli et iudey: et sic dupl̄cē habu  
it cathedrā: scz docēdi et iudicandi. Se  
dere ergo sup̄ cathedrā Moysi scđam/  
est succedere ei i auctoritate iudicandi  
pplm̄: sic successerūt qđā scribe et phari  
sēi. nam a tpe Moysi fuerūt cōstituti a  
deo sepruaginta senes erare et scientia  
puerri: q̄ cū Moysē haberēt curā ppli.  
et dicebant iudices ordinarij: q̄ ad ipō  
slebar recursus in dubijs causis: et sine  
eis magne cause nō tractabant. Et istō  
apud iudeos fuit obfuarū qđ diu fuerūt  
in sua p̄tate: vt patz i libro chanbedrim  
hierosolymitano in. c. de iudicijs pecu  
niaz. et in li. abodozara. c. j. Sedere ve



## Feria tertia post

ro sup cathedra Moysi pma: e hie offi  
ciu docedi lege r doctina Moysi. Et  
sic loq saluator h: qz sup ista (sederunt  
scribe). i. legi moysayce doctores dicti n  
a scribendo: s; a docedo sepra (z pharisei)  
. i. religiosi qda q etia hebbar officiu do/  
cendi z exhortadi pplm. (Oia q qcuq  
dixerit vob) psona legi Moysi (suarez  
facite) ope exequendo. qz vt dr Chryf. no  
docet sua: s; q de p Moysen madauit  
S; hie mouet Orig. qonez: qz isti doce  
bar ee suada legalia: puta q circucida/  
mur. z sacrificemus tauros z hircos et  
hmol: q obseruare in noua lege e pcrim.  
Ad h dr idē Orig. z scus Tho. q do/  
ctina istoz debebat obfuari q ad lega  
lia vsqz ad chri passionē tm: qz vsqz ruc  
obligabant oēs iudei suare legalia: s; p  
cepta moralia q erant obfuada: qz no  
erāt vmbria futuroz vt legalia certimo/  
ntalia. S; d pnterib; ad mores h loq  
chris fm Qui. simplr. de alijs po ad tps  
iuxta imētionē legislator. Itē qz isti  
dicebāt qda qb filij retrahēbant a de/  
bito honore patrū: vt pz Bar. xv. Itē  
docebāt doctrinas hoim. vt dē ibidē. i.  
doctrinas talmudicas: in qb mtra pti  
nent dīssona morib; bonis. Ad h dico  
q saluator loq de his q docebāt ex pso  
na moysi: q. i. erāt a moysē dicta vl pso  
na dictis ei: sic si ego dica q pdicatores  
noue legi sūt audied: itelligēdū ē in qn/  
rū pdicat psona noue legi z nō alit (fm  
po opa eoz nolite facere) qz opa eorum  
mala sūt: z doctrina bona. Chryf. Sic  
aurū de fra eligē z terra relinqt: sic au  
ditores doctrinā accipiāt z mores re/  
linquāt. Freqnt em de hoie malo bona  
doctrina pcedit. Hec ille. S; qre chris  
sta patēter corā omī pplo viros religio  
sos. i. phariseos dīssimabat: Ad hoc dē  
fm scm Tho. līj. q. xliij. q h tdo fecit: qz  
erāt impedimētū salur; pplō: p̄bis im/  
pugnādo ei doctrinā: z fact; vltā ppli  
corrūpēdo. Et tdo deregēda erat eoz si  
mulatio z macta: q in dānū ppli verte  
bat. S; q. Sentorē ne increpauer; vt  
dic ap̄ls. j. Tim. iij. Ad hoc dē a scro  
Tho. vbi ā. q verū est de sene erate/ac  
honestate. Juxta illd Au. xj. Quos tu  
scis q senes sint: s; si autoritate senectra  
tis vertāt i instrumētū mactete publice  
peccādo: sūt publice z acriter rep̄hendē  
di. Juxta illd Dan. xij. Inueterate vl  
erū maloz. Hec ex illo. Pctā autē istoz  
erāt publica: puta detractio ad doctri/  
nā chri: s; nō ēēt publicū oib; q male vl  
cerēt. Itē chris habuit declarare q et in  
iuste drabebāt: qd facere nō potuit nē  
si eos ifamādo. Infamabat q eos ad fi  
nē bonū z licitū (Dicūt em) bona (et nō  
faciūt) bona s; mala. In hac pre ē docu  
mentū qd tāgit Chryf. dicens. Sic sa  
cerdotes meli' iudicāt p̄f bonos ma/  
los docere: q̄ p̄f malos bonos negligē  
re: sic z subditi p̄f bonos sacerdotes et  
malos honozēt: ne p̄f malos boni etiā  
p̄tēnant. Vel' ē em malis iniusta pre  
stare q̄ bonis iusta subtrahere. hec ille.  
Quātū ad scdm pontē rep̄bēso vte  
phariseoz z scribar; q̄ p̄tēra q bōi vl  
debant mltos auertebat a fide: cum dē  
(Alligāt em onera graua z importabi  
lia). i. mādata legis moysayce fm Chry.  
sup Matt. q lex a bō Petro Act. xv.  
dē iugū qd patres nostri portare nō po  
tuerūt. Ista autē mādata acriter z seru/  
pulose docebant: qd est onera alligare.  
Sed p̄ra. qz fm Hiero. de' nihil man  
dauit impossibile: z p̄seqnt neqz impor  
tabile. Ad h dico: q mandata legis vl  
cta sūt importabilia p exaggarationē:  
qz difficulter erant portabilia/ maxime  
eo modo q̄ isti docebant. Vel fm scm  
Tho. ista onera sūt supflue ordinatōes  
z statuta q̄ isti supaddebāt legi/ s; iugen  
tes q fuit Moysi data qda lex q ab eo  
nō est redacta i script; sed postmodū fu  
it p talmudistas scripture mādata. Al/  
ligat autē spūaliter bonus cum sit sta/  
turū. P̄ima q̄ onera alligabant isti: qz  
alligata delarabāt scrupulose. secunda  
vero alligabant simpliciter ip̄si vel pa/  
tres eorum. (Et imponunt in humeros  
hominū) Metaphorice loquendo in qn/  
tum asserunt homines ad hmōi statuta  
esse obligatos (Digito autem suo nō i  
lunt ea mouere). i. non volunt mīntimāz  
p̄tē oner; sentire: z mltō mīn' volūt sup  
ponere eis hūeros totū p̄tādo. Et p̄ hē



## Discipulam. II. Quadra.

vult inuere saluator q̄ nō s̄ sc̄i: sed h̄y  
pocrite: z h̄ ne credat̄ eis q̄n detrahunt  
sibi z euāgelice doctrine. Sed nunqd̄  
discipuli z turbe dēbāt porrare ista ipoz  
rabilla onera: Dico q̄ sic / si erāt onera  
leḡ recte tradita: q̄ nō peccabāt illi in  
h̄ q̄ iponebāt hūeris hoim / nisi aliō ad  
didissent: s̄ peccabāt in h̄ q̄ ipi eadē nō  
porrabāt. Sec̄ q̄n̄ de onerib; talmudī  
cis z phariseis: q̄ erāt fictiōes. Et q̄a  
nō solū isti cessabāt a portandis onerib;  
.i. a bonis opib; exercēdis: s̄ etiā mala  
facebāt. z erāt nō s̄ lū nō boni: imo ēc  
mali. s̄o subdit ( *Quia p̄o opa sua faciūt  
vt videant ab hoib;* ) Et p̄n̄r sūt cupidi  
inanis gl̄ie: imo valde cupidi. q̄d notat̄  
fm̄ Chry. q̄ nō tm̄ q̄dā: sed oia opa sua  
faciūt p̄t̄ hoim applausum z fauorem.  
( *Dilatāt em̄ phylacteria sua* ) vt meli⁹  
videat̄ ip̄a phylacteria: breuia. s̄. vt char  
rule in q̄b; sc̄pta erāt. x. p̄cepta leḡis. a  
phylaxe q̄d est suare: z thozath lex. q̄s  
qdā mēozalia suade leḡis. nā s̄z Hiero.  
dñs cū dedisset mādata leḡis p̄ moysen:  
ad extremū itulit. *Deut. vj.* Ligab̄ ea  
in manu tua. z erūt p̄ ante oculos tuos  
p̄ h̄ volēs sc̄are q̄ corae q̄s meditare  
in eis z ope p̄leret. S̄z h̄ vt d̄t phari  
sei male interpretantes: scribebāt. x. p̄ce  
pra leḡis in chartul̄ lris magnis: vt q̄dā  
aliū dicūt: z ligabāt in fronte in moduz  
corone: vt sp̄ an̄ oculos mouerent: z s̄l̄r  
ligabāt in brachijs. ( *Et magnificant* )  
.i. p̄ ceteris maḡs faciūt ( *fimbrias* ) vt  
sanctiores cetis videant. *Iudēt em̄ vt*  
nō solū carne p̄ crucifione: sed etiā ve  
stib; ab alijs distinguerent: p̄cepto dñi  
fimbrias in q̄ruoz angulis pallioz por  
rabāt: in q̄b; pharisei Hiero. teste liga  
bant sp̄inas acutissimas: vt dū ambulā  
do vel stādo pūgerent: p̄ceptoz dei me  
morarent. Et reuera in his oib; vt idēz  
ait: fauore p̄li z lucra mlt̄ercular̄ secta  
bant. Rep̄hēdit aut̄ h̄ Chry. eos q̄ p̄ba  
euāgelij suspēsa ponūt ad collū: p̄terea  
q̄ p̄us euāgelij nō est i figuris l̄raz: s̄z  
in intellectu: ac p̄ h̄ meli⁹ in corde q̄ i col  
lo reponūt. Ad q̄d d̄t q̄ nō credit̄ h̄ esse  
p̄m̄ / cū sine suspēsiōe fiat: fm̄ s. Tho.  
q̄ deb. *Leclita leḡis q̄ euāgelij ge*

rebat i peccore. Sc̄tus etiā Barnabas  
p̄ euāgelij bri Dar. sanabat infirmos.  
z mererit̄ sup̄ Nicolai senem habentē  
euāgelij vidit̄ mirabilia. vt p̄z in le  
genda sc̄ti Andree. Ad rōnē Chry. d̄t  
eo q̄ vey d̄t: q̄ meli⁹ recodunt̄ in corde  
p̄ba sc̄ta q̄ in collo: s̄ nō p̄n̄r sp̄ in corde  
reneri. s̄o meli⁹ est h̄re in collo z in corde  
q̄ in corde tm̄ / vt in collo tm̄: q̄ neq̄ in  
corde neq̄ in collo. *Nec est incouentēs /*  
*q̄ in signis z figuris gr̄a sc̄toz sit aliq̄*  
*sp̄ualis p̄us int̄ionatr z diuinit̄ in*  
*fusa. Sic em̄ fm̄ sc̄os d̄s eā dedit̄ p̄bis*  
*sacralib;: q̄d phibet credere q̄d etiā de*  
*derit̄ eā figuris / maxie cū etiā dederit̄*  
*eam fimbrie vestimēti ch̄i: z q̄d est for*  
*tius ymbre petri. i. acri i q̄ erat ymbra*  
*petri. Nō em̄ est verisimile q̄ oēs infirm̄ q̄*  
*ad ymbriā petri sanabant̄ / oionib; pe*  
*tri sanarent̄: sed fiebāt illa miracula ex*  
*potestate. i. p̄ p̄rurē a deo collatā petro:*  
*z a petro p̄ subiectū ymbre ei⁹ vsq̄ ad*  
*ifirmantū corpa dertuatā. Q̄ p̄o pha*  
*risei opa sua agāt p̄t̄ inanē gl̄iam: p̄d*  
*bat itēz dñs a signo cū d̄t ( *Amāt aut̄**  
*p̄mos accubit̄ in cētis* ). i. p̄mas sedes  
ad mēsam. Quia em̄ antiq̄ comedebāt  
in lectis / comedētes dicūt̄ recubere vt  
accubere: z sedes mēse d̄cunt̄ accubere.  
( *z p̄mas cathedras in synagogis z sa*  
*lutariōes* ) cū inclinatioē capitis z fle  
xlone genuū fm̄ Chry. ( *In foro* ) vbi s̄t  
mlti port⁹ q̄ in puaro: licz vbiq̄ h̄ appe  
tant: z vbiq̄ sit culpa fm̄ Raba. ( *z voi*  
*carl ab hoib; rabbi* ). i. mgr̄ siue doctoz  
In oib; tm̄ his fm̄ Chry. nō vituperat̄  
factū / sed ambitio. Nō em̄ est malū re  
cubere in p̄mo / sed ip̄m p̄matū ambire  
z sic de alijs. In hac p̄te habēt docu  
mentū p̄fessozes imponētes excessiuas  
pnias. Dicit̄ em̄ Chry. loquēs de all̄  
gantib; onera ḡua. Tales inq̄r sunt̄ q̄  
que pond⁹ vent̄ib; ad p̄niam iponūt:  
z sic dū p̄sens pena fugit̄ / cōrēnt̄ p̄nia  
futura. Si em̄ falcem sup̄ hūeros ado  
lescētis que nō p̄r batulare / posuēto:  
necessē h̄z vt aut̄ falcē reijciat̄: aut̄ susci  
piēs dū plus ferre nōt̄ p̄r / scādalt̄at̄  
ampl⁹ peccet. Deīn̄ si erram⁹ modicaz  
pniam imponētes: nonne melius p̄t̄



## Feria. III. post

misericordiam reddere ratione / quod propter crudelitatem. Ubi per familias largus est: dispensator non debet esse tenax. Si deus benignus: ut quod sacerdos est austerus: Ubi appere letus: circa vitam tuam esto austerus: circa alios benignus. Audiatur te homines perua mandant: et gratia facient. Talis autem est sacerdos qui sibi indulget et alios exigit: quem admodum malus deceptor: sicut in citatibus qui se releuat: et onerat iposetes. Hec ille.

Quantum ad fratres horum nos christus ad humilitatem: cum dicit: ( Vos autem nolite vocari rabbi ) Ubi aduertendum est secundum Chrysostomum quod in lege reprehenderat in pharisaeis minia. de quibus discipuli non indigebat turbari: sed illa christus permittit: sed quod erat omnium maior causa. scilicet thronum appetere magistralem hoc adducit in medium. Sed contra: quia apostolus. i. Timotheus. i. appellauit se magistrum dei. In quo postea sum ego predicator et apostolus et magister. Ad hoc dicit sanctus Thomas in libro contra impium. rel. quod dicit hic. prohibuit solum ambitionem circa magistratum: non autem prohibuit officium magistratus: quod est docere. vel etiam nomen magistratus: quod confert ad utendum scientia habita in docendo. Aliter idem soluit super Hieronymum. et Chrysostomum. ibidem et Hieronymus. quod magister proprie et simpliciter est qui a se habet doctrinam: non autem ille qui eam habet ab alio et alijs discipulis: quod est discipulus eius qui sibi tradidit illam. Solus autem habet deus a se doctrinam. Item magister est proprie qui docet: homo autem non docet proprie hominem: alioquin omnes habentes doctores addiscerent: sed deus docet interiorius per intellectum: et homo eoadiunvat exteriorius proponendo aliquid eo modo qui medicus adiuuat naturam. Est ergo homo ut dicitur sanctus Thomas in quod de veritate. q. xi. magister ministerialiter in tantum in se ipsum vel adiutor: magister principaliter et essentialiter dicitur. de quo subditur: ( Unus est enim magister vester ) proprie et principaliter et simpliciter et essentialiter ( omnes autem vos fratres estis ) quod filij dei per adoptionem / vel creationem ( Et patrem nolite vocare vobis super terram ) Sed contra hoc est consuetudo antiquorum monasteriorum: in quibus seniores presbiteri appellantur. Ad hoc dicit secundum meum Hieronymus. et sanctus Thomas. quod super terram non debemus cognoscere patrem principalem / nisi deum: qui est omnium patrum pater: et aiam non

bis dedit. abusive tamen et sedario possidimus aliquos appellare presbiteri ratione etatis / vel etiam corporalis generationis. Nam ut ait Hieronymus. sic vnus filius dei per naturam non iudicat ceteris quoniam possunt dici filij dei per adoptionem: ita et vnus pater et magister non iudicat alijs quoniam abusive vocentur et presbiteri et magistri: licet vnus sit principalis. de quo dicitur: ( Unus est enim pater vester qui in celis est. Hec vocemini magistri ) Contra: quia iam hoc superius dicitur. Ad hoc dicitur quodammodo replicat idem propter periculum magni ambitiosus et elationis circa magistratum. Alij autem dicunt et melius quod super praedictum est de magistro sanctitatis. Chrysostomus autem est qui dicitur est omnium in exemplum viuendi ut dicit sanctus Thomas. iij. pre. q. xl. non autem alij sancti: nisi quatenus fuerunt imitatores christi. vnde subditur: ( Quia magister vester vnus est christus ) Non de deo: quia deum quem non videmus / imitari non possumus. Augustinus. Homo imitandus non erat qui videbatur: deus imitandus erat qui non videbatur. Ut ergo deus exhiberet homini eum qui et ab homine videretur: et quod homo sequebatur / deus factus est homo. Hec ille.

Et quia haec dicitur deus induxit ad fugam elationis: nunc inducit ad amplexum humilitatis dicens. ( Qui maior est vester / erit vester minister ) quod sanctus Thomas. dupliciter exponit. Primo sic. Erat vester minister. id est se debet exhibere minister. Vel secundo erit vester minister in sua estimatione. Augustinus. Qui pest non se existimat prae dante: sed charitate fult se felicem. Hec ille. Vel aliter secundum alios. Qui maior est. id est vult esse in veritate / erit vester minister / se in vilibus exercendo: sed de centia sua persone et officij ( qui autem se exaltauerit / humiliabitur: et qui se humiliauerit exaltabit ) Remigius. Quod sic intelligitur. Omnis qui se de suis meritis extollit / apud deum humiliabitur: et qui se de beneficijs humiliter / apud deum exaltabit. Hec ille. Vel aliter. Qui se exaltat / ambiendo per amaram. humiliabitur ab hominibus / vel a deo / vel ab vtriusque. et qui se humiliat appetens subesse: et fugiens elationem / exaltabit ab hominibus / vel a deo / vel ab vtriusque.

Dicitur sciendum est euides signa et



## dnicā. II. quadra.

q̄ alijs sic celest̄ patris fili⁹ v̄l terrent  
p̄mo respicere celū v̄l terrā: z scdo eē al  
bū p̄ puritatē: v̄l nigrū p̄ opatōez. Filij  
em̄ assimilāt patrī. Un̄ z fm̄ glo. sup̄ il/  
lud. Pullis coruorum zc. Filij corui q̄  
diu sūt albi erecti ad celū rostr̄ pascūt  
a deo: s̄ vbi sūt nigri p̄ plumas pascūt  
a parētib. Et tertio honorare parētes  
Un̄ z filij ciconie parētes pascūt: sed fi  
lij vipere ei⁹ latera dirūpūt: quia dicta  
est vipera: q̄ v̄l pariat z partu ipso ru/  
ptis laterib̄ moriat̄.

Feria q̄rta post dnicā. ij. qua/  
drage. Text⁹ euāg. Mat. c. xx.

**A**scendēs J̄sus hie/  
rosolyman̄ assumpsit  
duodecim discipulos su  
os secreto z ait ill. Ec  
te ascendimus hierosolyman̄: z  
filius hoīs tradet̄ p̄ncipib̄ sa  
cerdotū z scribis et condemna  
bunt eū morte. Et tradet̄ eum  
gentib̄ ad illudendū z flagellā  
dum z crucifigendū. Et tertia  
die resurget. Tūc accessit ad eū  
mater filioz zebedei cum filijs  
suis adorās et petens aliqd̄ ab  
eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait  
illi. Dic vt sedeant hi duo filij  
mei vnus ad dextrā et vnus ad  
sinistrā tuā i regno tuo. Respo  
dens aut̄ J̄sus dixit. Nescitis  
quid petatis. Potestis bibere  
calicē quē ego bibitur̄ sum? Di  
xit ei. Possumus. Ait illis. Ca  
licē quē dez meū bibet̄: sedere au  
tem ad dextrā meam z ad sini  
strā nō est meū dare vobis: sed  
quib̄ paratū est a patre meo. Et  
audiētes decē indignati sunt de  
duob̄ fratrib̄. J̄sus aut̄ voca  
uit eos ad se: z ait. Scitis quia  
p̄ncipes gētū dnant̄ eoz: et q̄  
maiores sunt p̄tātē exercent in

eos. Nō ita erit inter vos. Sed  
quicūq̄ voluerit inter vos maior  
fieri. sit vester minister. Et quo  
luerit iter vos p̄rimus esse: erit  
vester seruus. Sicut fili⁹ hoīs  
nō venit ministrari sed mīstra  
re z dare animā suā redempti  
onem pro multis.

**A**scendens J̄sus  
hierosolyman̄ zc. Mat. xx.  
In p̄ncipi euāgel. tāgunt̄ tria  
p̄ncipia: q̄ sūt P̄nunciatio/po/  
Quartū ad (stulario/z indignatio.  
p̄mū tāgūt̄ p̄nunciatio passiois ch̄i: cum  
d̄. (Ascendēs J̄sus hierosolyman̄) id ē  
hierlm̄: q̄ erat i mōtib̄: z eminebat i to  
ra tra p̄missiois (assūpsit duodeci disci  
pulos suos.) Et q̄ p̄tz q̄ int̄ eos erat Ju  
das. Foris em̄ adhuc erat dign⁹: vt d̄  
Orig. audire cū alijs. Et scūs Tho. d̄  
q̄ nōdū p̄cepar malū. qd̄ videt̄ itelligē  
dū de p̄ditioe: vtrū aut̄ tā eēt latro/cre  
do q̄ sic: s̄ erat occult⁹. (secrero) Pri o  
fm̄ L̄hyf. q̄ passio ch̄i ē p̄losumus  
thesaur⁹: eū vt ait nihil sit p̄t qd̄ maḡ  
debeam⁹ dō gr̄as agere: tō i vasis ele  
ctis erat recōdēd⁹. Et itēdit q̄ p̄t reue  
rētā passiois ch̄i p̄mo eā d̄bit publici  
care dignoib̄ p̄sonis. i. aplis familia  
riozib̄ ch̄i. Scdo fm̄ eū. q̄ ceteri erāt  
imperfecti z p̄urbati z auerſi ab eo fuiss̄  
sent: si ei⁹ mortē audiuisſent: z m̄lles  
ēē tumultū fecissent. Et t̄tio fm̄ eūdem  
L̄hy. q̄ sc̄tebat̄ m̄ez filioz zebedei ali  
qd̄ petiturā: z tō deliauit a via: vt ei da  
ret locū ad petēdū: z ide discipulos instru  
eret. Et q̄rro vt elicit̄ a L̄ypano/i exē  
plū tuū: q̄ si vis ascendere ad crucē relis  
gōis. n̄ m̄ifestes m̄l: p̄siliū tuū. Et q̄n  
ro ad p̄denandā hypocr̄sim: q̄ ad crucē  
p̄nie nō vadit secrero s̄ patēter (Et ait  
ill.) p̄dicēdo passioez suā z r̄surrectōez:  
fm̄ L̄yrl. vt sc̄rēt̄ eū volūtariē pat̄: et  
p̄t̄ alia q̄ dicit̄ (Ecce ascendim⁹ hieroso  
lyman̄: z fili⁹ hoīs). i. t̄pemer̄ sic se appel  
lās: v̄l q̄ vnt⁹ tm̄ sit fili⁹. i. h̄gis: v̄l h̄it  
l̄tra: eā: eū se poss̄z dicit̄ filiū d̄i (tradet̄)  
a iudā: (p̄ncipib̄ sacerdotum.) Forē